



Scholia In Primarias Preces Imperatoris

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

XXVIII. Collator ut gravari Precibus possit quatuor beneficiorum collationem habere debet: & quid si unum ab insinuatione Precum fuerit unitum; Et quid si unum ex istis spectet ad collationem etiam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

nicus fac. text. in cap. si tibi absent. de prebend. in 6. Sed quid si acceptatio fuerit invalida? variare poterit, & aliam acceptare, DD. in cap. ne captanda, de concess. prebend. eligens enim male iterum poterit eligere, Mohedanus decis. d. prebend. qua de re paulo post dabitur vobis uberior scribendi seges. Sed an vocandi sint Collatores, quando Preces istæ conceduntur? Rebuff. tr. nominat. quest. 13 postposita opinione affirmativa, negativam tuetur, quia quando Papa concedit beneficia Ecclesiastica, vel scribit, ut alicui conferantur, nullus citatur, cap. cum secundum Apostolum. de prebend. not. in cap. dudum, de presump. Et c. cum olim, de re iud. Albert. in d. l. nam ita, col. ult. Sic ergo dicendum quando conceduntur Preces & nominationes ab Universitatibus, vel Cæsare ut nulli Collatores sint vocandi.

u SALTEM QUATUOR BENEFICIA) Monocularia igitur beneficia sub his Precibus non comprehendantur: quod & generaliter receptum est illa non cadere sub generalibus & indeterminatis gratiis expectatis, neque enim verisimile Pontificem voluisse privare ordinarium Collatorem unico lumine. glo. in verbo incerta, in Clem. 1. de prebend. Gemina. cons. 36. incip. quod collatio facta. Steph. Bertr. and. cons. 194. vol. 3. part. 2. V. ames. 204. num. 6. de prebend. Et cons. 255. nu. 17. §. 3. in pr. Guimer. ad pragmat. sanctio. tit. de collatio. pag. 91. Cui autem incumbat onus probandi Collatorem habere quatuor beneficia sub collatione sua, vide Rebuff. tract. de mand. Apostolicis, in glo. declarantes, ubi scribit esse excipientis hoc probare, id est: ejus, qui negat. per l. quoties, §. qui do. lo. ff. de probat. aliud autem est in Mandatario, qui tenetur probare Collatorem, cui est directum mandatum, habere quatuor, aut decem beneficiorum collationes: quia fundat se in numero, ergo illum probare debet, arg. l. eam, ff. de neg. gest. Sed in casu nostri textus queritur primò: quid si habenti quatuor beneficia directæ fuerint Preces, & postea unum illorum fuerit unitum, quid juris? nocebitne Precis? Nequaquam, quia tempus data in hoc inspicitur, cap. si eo tempore, de Rescript. in 6. Imol. in Clē. 1. in fi. de prebend. Queritur secundò: si in istis quatuor unum, vel plura spectent ad collationem istius Collatoris, cum alia conjunctim, an Preces habeant locum? Ita videtur, quia meū dicitur, quod mihi cum alio comune est, unde licet spectent etiam ad collationem alterius, tamen etiam ad illius, l. si quis servos, ff. de leg. 3. l. prepillus, §. fin. ff. de verb. signif. In oppositum tamen facit, quod in odiosis meum proprie dici non possit, quod mihi cum alio commune est, l. quæstrum, §. Celsus, ff. de fundo instruct. leg. Latissime Iason, l. servi electione, §. Labeo, nu. 1. 4. 20. 21. 22. ff. de leg. 1. privilegia autem sunt strictissime intelligenda, ut quando fieri potest, minus præjudicent ordinariæ potestati, quæ est favorabilis, & quæ nititur jure communi. Archid. late in cap. frater, 16. quest. 1. nu. 5. Francus, cap. cum in illis, nu. 2. 3. de prebend. in 6. Card. Tuschus pract. conclus. juris conclus. 731. num. 6. Queritur terciò: quid si unum tantum in Imperio habeat, plura extra Imperium?

*Monocul-
laria be-
neficia no
compre-
henduntur
sub
Precibus.
Preces af-
ficiunt
Ordinari-
os habon-
tes colla-
tiones 4.
beneficio-
rum
Cui incu-
bat onus
probandi
collatio-
nem 4. be-
neficia.
Quid si
unum be-
neficiū
unitur 4
quatuor.
Quid si
unitum 4
quatuor
sit ad col-
lationem
coniu-
ctim cum
alio.*